

738.

32

1736

252

Q. D. B. V.  
DE

# CONCVBINATV INDIVIDVO PRO OBTINENDIS SVMMIS IV- RIVM HONORIBVS

PRAESIDENTE

## AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET PRIN-  
CIPI ELECTORI SAXONI A CONSILII AVLAE  
AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI  
DIRECTORE, CVRIAEC PROVINCIALIS AC SCABI-  
NATVS AD SESSORE PRIMARIO, ET ORDINIS  
IVRIDICI ORDINARIO

SOLEMNITER

D. XIII. MART. ANNI MDCCXXXVI  
HORIS MATVTINIS ET POSTMERIDIANIS

E CATHEDRA MAIORE

DISPVTABIT

## CAROLVS FERDINANDVS ZSCHOCHIVS

ADVOCATVS IMMATICVLATVS ET PRACTICVS  
DRESDENSI.

---

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA EICHSFELDIANA.

CONCORDIA  
IN CIVITATIBUS

PRO OCTAVIIS SUMMIS IN

BIVIS HOMORIBAS

ANAGRAMMATICO

ODONTOLOGICO

COLLEGATORI SAXOZI & COLOGNEZI

COLLEGATORI GENEZI & COLLEGATORI

COLLEGATORI TURCICORUM & COLLEGATORI

ECAUDATORI MIAZI

CAROLAE TEREDINIANAE

SCOTOCOBRI

ADAGIATORI ET ETILOGICAE

EGYPTIATORI ALEXANDRIANA



I

*Lis de concubinatu, a Thomaſo fuscitata,  
prope ad logomachiam accedit, et potissi-  
mum ex vitiosis definitionibus ortum  
trahit.*

II

*Matrimonium et concubinatus uulgo male  
definiuntur.*

III

*Definitiones istae uulgares emendantur.*

IV

*Nuptiarum facies, qualis apud Romanos fuit,  
ab ea, quae hodie est, magnopere differt.*

A 2

V

## V

Benedictio sacerdotalis hodie essentiam matri-  
monii ingreditur.

## VI

Concubinatus duplex est, perpetuus et tempo-  
rarius, seu, quod idem est, individuus et  
diuiduus.

## VII

Concubinatus perpetuus, quamdiu benedictio  
sacerdotalis necessaria non erat, ipsi matri-  
monio aequiparatus est, eosdemque cum  
illo effectus habuit.

## VIII

Igitur concubinatus perpetuus ante seculum  
christianum XVI et lege diuina et hu-  
mana permisus fuit.

## IX

Ante saeculum XVI adhibitio benedictionis  
sacerdotis liberi arbitrii fuit.

## X

X

*Ipse adhuc Lutherus coniungendis permisit,  
benedictionem sacerdotalem adhibere, uel non  
adhibere.*

XI

*Postea uero benedictio sacerdotalis et in-  
ter catholicos et protestantes absolutae ne-  
cessitatis facta est.*

XII

*Ex hoc tempore concubinatus perpetuus res-  
licita esse desiit.*

XIII

*Concubinatus temporarius a Christo in-  
terdictus est.*

XIV

*Prohibitionem Christi diu neglectam tandem  
Leo X Pontifex M. et Carolus V Imp.  
renouarunt.*

**I**ntra doctas, quas praesens saeculum suscitauit,  
lites una ex acerrimis fuit de licentia concubi-  
natus, quam THOMASIVS anno 1713 mouit,  
edita de Concubinatu disputatione. Contradixerunt  
ei multi, et primus quidem Breithauptius, qui eodem

A 2

eiuf-

eiusdem anni mense disputationem de Concub. a Christo  
& apostolis prohibito, publice proposuit. Quae scripta dum  
lego, parum abest, quin totam inter illos litem in uerbis  
confistere, ac adeo logomachiam esse, contendam.  
Vitasent eam, & consensissent forsan, si historiam  
concubinatus ex antiquitate eruissent, si decreta con-  
ciliariorum et pontificum inspexissent, si tempora, si de-  
nique concubinatum ipsum a concubinatu, distinxis-  
sent. Peccant tamen ambo in hoc potissimum, quod  
concubinatum uel plane non, uel obscure, uel male  
definiunt. Thomassius scilicet in principio scripti sui  
definitionem nullam habet, sed uidetur eam supple-  
re in §. 9, concubinatum describens coniunctionem  
arctiorem domesticam cum femina sine affectu ma-  
ritali. Quibus uerbis nihil potest esse obscurius.  
Clarius BREITHAVPTIVS in §. 3. Concubinatus, in-  
quit, significat unionem cum muliere non indimissibili, sed  
quaे dimitti potuerit. Ergo concubinatum dimissibilitas in-  
greditur essentialiter. Aperte falsa est haec definitio,  
quamuis et plerisque ICTis nostris placeat. Sic SCHIL-  
TERVS in Institutionibus iuris canonici lib. 2 titulo 13,  
quem de concubinatu inscripsit, §. 1 concubinatum  
definit societatem uiri et mulieris sine animo perpe-  
tuuo in ea permanendi. Popularis iste ICTORUM error  
originem inde traxit, quod illi definitionem matrimo-  
ni, seu nuptiarum, quae in iure Romano reperitur, quod  
scilicet sint uiri et mulieris coniunctio, indiuaduam uitae  
consuetudinem continens, §. 1 I. de Patria potestate,  
ante oculos habuerunt, nec, definitionem istam iam  
diu oblitteratam, ac iuribus moribusque nostris pla-  
ne non conuenire, cogitarunt. Apud Romanos ui-  
de-

delicet solus de indiuidua uitae consuetudine consensu nuptias faciebat, et si nulla solemnia, nec instrumenta dotalia accessissent, L. 30 de Regulis iuris, L. 15 de Condir. et dem. L. 8 pr. L. n pr. C. de Repudis. At ea res postea insignem mutationem passa fuit, postquam Christianus orbis, uniuersali consensu, si Belgium foederatum, et alia forsan paucissima loca excipi-as, benedictionem sacerdotalem ad essentiam nuptiarum requirere cepit. Ex hoc igitur tempore uetus illa nuptiarum definitio mutari debuisset, atque male a I Ctis nostris, et per manifestum errorem, retenta est. Solus de indiuidua uitae societate inter uirum et feminam consensus, quamvis in actu deductus, nuptias et legitimum matrimonium hodie non facit, sed, quamdui benedictio sacerdotalis non accedit, merus concubinatus est. Pleraque concubinae hodie eo animo eoque pacto accipiuntur, ut perpetua cum illis uitae consuetudo sit, ac propterea uxores non efficiuntur. I modo, si de rei hu- ius ueritate dubitas, in Italiam, aliasque prouincias, in quibus sacerdotibus coniugium interdicitur, concubinatus uero, non quidem aperte permittitur, sed tamen dissimulatur et impunitus relinquitur. Qui ibi concubinas adsumunt, sacerdotes fidem aeternam iis addicunt, seque nunquam illas dimissuros spondent. Manent tamen haec mulierculae concubinae, quoniam cap. 1 Sess. 24 de Reformatione matrimonii in Concilio Trident. benedictionem sacerdotalem ad formam matrimonii requirit. Nec inter protestantes insolitus est perpetuus concubinatus. Commemorauit Praeses in Specimine CCXCVIII de Benedictione sacerdotali medit. ult. exemplum, quo uir illustris ancillae suae in-

indissolubilem uitae consuetudinem, data arrha, coram parocho et duobus testibus, promiserat, er hatte ihr in Gegenwart seines Pfarrers und zweyer Zeugen einen Trau-Ring ewiger Fidelität gegeben, atque tamen, nullum verum matrimonium intercessisse, iudicatum fuit. Aliter itaque hodie matrimonium definiendum est, coniunctio nimirum uiri et feminae, in perpetuum inita, benedictione sacerdotali aut per aliam, quam leges requirunt, ceremoniam firmata. Nam in Belgio, et aliis forsan locis, loco benedictionis sacerdotalis confirmatio magistratus est. Vide Bentheims Holländischen Kirch- und Schulen-Staat P. 1 cap. 12. Et tale matrimonium in Belgio contractum apud nos quoque firmum esse, omnesque legitimi matrimonii effectus producere, iam olim responderunt ICti Helmstadienses apud PHILIPPI ad Decis. elect. fax. 49 obseru. 1. Concubinatus uero est coniunctio uiri et feminae sine illis, quas publicae leges praescribunt, solemnibus, siue in perpetuum, siue ad tempus, facta; quod sic effert Reformatio politica Imperii de 1530 tit. 32 von leichtfertiger Beywohnung; wenn Persohnen außerhalb von Gott aufgesetzter Ehe zusammen wohnen. Quae quum ita sint, tota inter Thomasum et Breithauptum, ac qui porro contra Thomasum scripsierunt, lis ita dirimenda est, ut duplē concubinatum facias, alterum, qui in perpetuum contrahitur, alterum temporarium et dissolubilem. Perpetuus concubinatus nec lege diuina nec Romana interdictus, sed secundum haec iura uerum matrimonium est, neque etiam post Iustinianum a LEONE

LEONE in Nouella 91 prohibitus fuit. Nam Nouella haec de diuiduo concubinatu agit, ut ex uerbis eius ultimis: *uitae conformat inuenire difficile non est*; patet. Individuus itaque concubinatus tunc demum illicitus esse cepit, postquam benedictio sacerdotalis, quae ante liberi arbitrii erat, necessaria facta est. Hoc uero post Lutheri tempora demum contigit. Ipse Lutherus in praefatione des *Tran-Büchleins* testatur, ceremoniam hanc tunc adhuc arbitrariam fuisse. Memorabilia sunt eius uerba, hicque excerpti merentur:  
So manches Land, so manche Sitten, sagt das gemeine Sprichwort. Demnach weil die Hochzeit und Ehestand ein weltlich Geschäftste ist, gebühret uns Geistlichen oder Kirchen-Diefern, nichts darinne zu ordnen oder regieren, sondern lassen einer jeglichen Stadt und Lande hierin ihren Brauch und Gewohnheit, wie sie gehben. Etliche führen die Braut zweymahl zur Kirche, beyde des Abends und des Morgens, etliche nur einmal; etliche verkündigen und bieten sie auf der Cantzel auf, zwei oder drey Wochen zuvor. Solches alles und dergleichen las ich Herren und Rath schaffen und machen, wie sie wollen, es gehet mich nichts an. Aber so man von uns begehret, für der Kirche oder in der Kirche sie zu segnen, über sie zu beten, oder sie auch zu trauen, sind wir schuldig dasselbige zu thun. Darum hab ich wollen diese Wort und Weise stellen denenjenigen, so es nicht besser wissen, ob etliche gefüsstete, einträchtiger Weise mit uns hierinne zu brauchen. Die andern, so es

es besser können ( das ist : die allerding nichts können und aber sich düncken lassen, daß sie alles können,) dürffen dieses meines Diensts nicht , ohne daß sie es überflügeln und übermeistern mögen ; und sollen sich ja fleißig hüten, daß sie mit niemand etwas gleiches halten, man möchte sonst gedenken sie müßten von andern etwas lernen ; das wäre grosse Schande ! Weil man denn biszher , mit denen Mönchen und Nonnen, so treslich groß Gepränge getrieben hat, in ihrem Einsegnen , so doch ihr Stand und Wesen ein ungöttlich und lauter Menschen-Gedicht ist, das keinen Grund in der Schrift hat; Wie viel mehr sollen wir diesen Götlichen Stand ehren, und mit viel herrlicher Weise segnen, beten und zieren ? Denn ob es wol ein weltlicher Stand ist, so hat er dennoch Gottes Wort für sich, und ist nicht von Menschen erdichtet oder gestiftet , wie derer Mönche und Nonnen-Stand ; darumb er auch hundertmal billiger soll geistlich gehalten werden, dann der Klosterliche Stand , welcher billig der allerweltlichste und fleischlichste soll geachtet werden, weil er aus Fleisch und Blut, und allerding aus weltlicher Witz und Vernunft erfunden und gestiftet ist. Auch darumb, daß diesen Stand das junge Volk lerne mit Ernst ansehen und in Ehren halten, als ein Götlich Werk und Gebot, und nicht so schimpfflich dabey seine Narrheit treibe, mit Lachen, Spotten und dergleichen Leichtfertigkeit , so man bisher gewoh-

Gewohnet hat ; gerade als wäre es ein Schertz und Kinderspiel, ehelich zu werden, oder Hochzeit machen. Die es zum ersten gestiffter haben, daß man Braut und Bräutigam zur Kirche führen soll, habens warlich für keinen Schertz, sondern für einen grossen Ernst angesehen; denn es kein Zweifel ist, sie haben damit den Segen Gottes und gemein Gebet holen wollen, und nicht eine Lächerey oder heydnish Affenspiel treiben. So beweiset es das Werck an ihm selbst wol; denn wer von dem Pfarrer oder Bischoff Gebet und Segen begehret, der zeiget damit wol an, (ob er es gleich mit dem Munde nicht redet,) in was Fahr und Noth er sich begiebet, und wie hoch er des Göttlichen Segens und gemeinen Gebets bedarff zu dem Stande, den er empfahet; wie sichs denn auch wol täglich findet, was Unglücks der Teuffel anrichtet in dem Ehestande mit Ehebruch, Untreu, Uneinigkeit, und allerley Jammer. So wollen wir nun auf diese Weise an dem Bräutigam und Braut (wo sie es begehren und fordern) handeln. Apud Catholicos absoluta haec necessitas anno deum 1563 in Concilio Tridentino Sessione 24 cap. i Decreti de Reformatione matrimonii stabilita fuit. Hodie ergo concubinatus etiam perpetuus ubiuis inter christianos crimen est, ex lege scilicet humana, non diuina. Quod uero ad concubinatum temporarium attinet, hunc Deus in ueteri testamento tolerauit, Christus uero Matthaei XIX, 9 et Marci X, 9, 11, 12

B 2

satis

VX

satis aperte interdixit. Romani concubinatum temporarium tolerarunt etiam , ut ex *titulis D. et C. de Concubinis* patet. Tolerarunt eundem Romani quoque Pontifices. LEO I in epistola 92 ad Rusticum, Narbonensem episcopum, in inquis. 6: *Ancillam*, inquit, *a thoro abiicere, et uxorem certae ingenuitatis accipere, non duplicario coniugii, sed profectus est honestatis.* Primus eum uetus LEO CAESAR in Nouella 91. Sed post Leonem prohibitio illa Christi diu neglecta fuit. Renouarunt eam tandem Leo X , pontifex maximus , in septimo Decretalium lib. 5 cap. 16 cap. 1 et Carolus V in Reformatione politica Imperii de 1533 tit. 3, von leichtfertiger Beywohnung. Ut adeo hodie uterque concubinatus , perpetuus et temporarius , crimen sit, sed cum hoc discrimine , ut perpetuus saltem cum lege humana , temporarius cum lege et humana et diuina pugnet. Respondet quidem ad legem diuinam THOMASIVS s. 8, Christum de diuortio iustae uxoris agere. Verum enim uero iure noui testamenti omnis cum muliere extra matrimonium consuetudo fornicatio est, secundum Paulum i Corintb. VI, 15, 16, 18. Itaque concubinatus temporarius saltem ex hac ratione illicitus est.

## XV

*Origo distinctionis inter concubinatum perpetuum et temporarium, non noua est, sed uestus, infine saeculi Christiani IV, per concilium Toletanum primum stabilita.*

Nihil tam metuo, quam, ne nouarum rerum studiosus dicar, bene gnarus, quam hoc conuitum multis fuerit funestum et exitiosum. Igitur doctrinam meam decreto 17 concilii Toletani I ex saeculo christiano IV firmabo: Si quis habens uxorem fidelem, si concubinam habeat, non communicet. Ceterum qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, sit coniunctione contentus; alias uero uiuens abiiciatur, donec defnat, et per poenitentiam reueneratur. In hunc canonem hunc in modum commentatur incomparabilis FLEURY tom. V historiae ecclesiasticae lib. 20 cap. 48 pag. iii. Celui, qui avec une femme fidele a une concubine, est excommunié; mais, si la concubine lui tient lieu d'épouse, en sorte qu'il se contente de la compagnie d'une seule femme, à titre d'épouse ou de concubine à non choix, il ne sera point rejeté de la communion. Ce canon est très remarquable, pour montrer, qu'il y avoit des concubines legitimes approuvées par l'église. C'est, que selon les loix Romaines toute femme ne pouvoit estre épouse legitimate

de tout homme : il faloit que l'un & l'autre fussent citoyens Romains, & qu'il y eut proportion entre les conditions. Un senateur ne pouvoit épouser une esfranche : un homme libre ne pouvoit épouser une esclave ; & les conjonctions des esclaves n'étoient point nommées mariages. Or la femme, qui ne pouvoit estre tenuë à tute d'épouse, pouvoit estre concubine : & les loix (1) le souffroient, pourveu qu'un homme n'en eût qu'une, & ne fut point marié. Les enfans qui en venoient n'étoient ni legitimes, ni bâtards : mais enfans naturels, reconnus par les peres, & capables de donations. (2) L'Eglise n'entroit point dans ces distinctions : (3) & se tenant au droit naturel, approuvoit toute conjonction d'un homme & d'une femme, pourveu qu'elle fut unique & PERPETUELLE. D'autant plus que l'Ecriture sainte (4) emploie quelquefois indifféremment les noms d'épouse & de concubine. HARDVINVS in Tomo I Conciliorum p. 992 huic canoni hanc notam adlinit : In notis Decreti Gregoriani exponitur hoc decretum de iusta concubina, quae est uxor minus solenniter ducta. Sed uide August. serm. 2 Dom. 22 post Pentec. Parum profecto accurate. Credidit nempe HARDVINVS, communī errore abrepitus, unum saltem esse genus concubinatus, diuiditum nempe, seu temporarium, de quo et Patres Concilii Toletani, et Augustinus agant, atque adeo ambos sibi contradicere. Et agit utique Augustinus de concubinatu temporario ; Sed Toletani patres de perpetuo loquuntur. Vedit hoc compilator Decreti

(1) L. 3 §. ff. de concub.

(2) L. 13 l. 34 ff. ad leg. Ital. 1 de adult.

(3) Aug. de bono conjug. c. 5.

(4) Gen. XXV, 1, 6. Ind. XII,

2, 9, 10, 24, 25, 27, 29.

creti, atque propterea et canonem Toletanum, quamuis mutilatum, et dictum Augustini, tanquam concordantia inuicem, in uno titulo, nempe *in distinctione XXXIV can. 4 et 6*, collocauit. Sed operaे premium est, originem distinctionis huius paulo accuratius inuestigari. Cepit illa fere cum usu benedictionis sacerdotalis. Primi nempe Christiani, quum nihil sine numine facerent, coniugia quoque sua sub numinis auspiciis iniri, ac publice in coetu sacro solemnii sacerdotis precatione lustrari, gaudebant. Nulla eos ad hoc lex cogebat, nulla necessitas subigebat; sed diuturnus usus morem stabiluerat, a quo recedere religioni sibi deucebant plerique. Si quis ergo clam, non exhibito sacerdote, nuptias faciebat, hoc reliquis Christianis tam insolitum uidebatur, ut istas nuptias nec pro nuptiis, nec uxorem pro uxore, sed pro concubina reputarent. Cepit hic rigor paulatim incrementa, ac coetus christianorum nec tolerare amplius eos, qui sine sacerdote et pia ceremonia coiissent, sed excludere a conuentibus et sacris suis uolebat. Delata tandem ad concilium Toletanum lite, censuerunt patres, eum, qui nuptias publice non fecisset, sed tamen unam saltē feminam perpetuam thori sociam sibi adsumpsisset, non peccare, ac in posterum rem liberi arbitrii fore, uel uxorem publice in coetu sacro coram sacerdote ducere, uel sine ceremoniis concubinam, data in aeternum fide, adsumere.

**XVI**

*Coniunctio uiri et feminae in perpetuum inita,  
ad quam benedictio sacerdotalis uel plane  
non, uel modo illegitimo, accessit,  
concubinatus magis est, quam  
matrimonium.*

**XVII**

*Clandestina & uitiosa copulatio, etsi a legitimo sacerdote facta, non matrimonium,  
sed concubinatum, inducit.*

**XVIII**

*Benedictio sacerdotalis, ab extraneo sacerdote  
contra leges adhibita, nulla est, et concubinatum,  
non matrimonium, inducit.*

**XIX**

*Conualescunt tamen huiusmodi clandestinae et  
illicitae copulationes, et uerum matrimonium  
efficiunt, si accedente publica auctoritate  
confirmantur, atque sic  
uitium purgetur.*

**XX**

## XX

*Quod si ante hanc publicam ecclesiae ratio habitio-  
nem alterutra pars alias nuptias faciat, pec-  
cat quidem, et punitur, non tamen tan-  
quam binuba, sed tanquam  
concubinaria.*

**T**heses istae omnes clarissime in Concilio Tridentino sessione XIV de Reformatione matrimonii cap. 1, atque his in primis uerbis: *Qui aliter, quam praesente Parocho, uel alio Sacerdore, de ipsis Parochi seu Ordinarii licentia, et duobus uel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inabiles reddit: et biusmodi contractus irri-  
tos et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit, et annullat; continentur.* Ridebis sine dubio, lector, et soloecismum nobis obiicies, qui, de iure inter protestantes usitato agentes, concilium Tridentinum, quod illi nunquam agnouerunt, sed improphan magis et dannant, allegemus. Verum enim uero etsi decreta concilii Tridentini legis auctoritatem inter nos non habeant, in iis tamen capitibus, in quibus rectae rationi iuribusque communibus conueniunt, saltem tanquam ab hoste petitum testimonium, aliquid ponderis sententiae nostrae addere uidentur. Et conuenit quidem istud Concilii Tridentini decretum mirifice 1) iuri natura-

C li,

li, quod negotia omnia, dolo malo, contra leges, ac  
in fraudem aliorum hominum gesta, nulla declarat,  
2) iuri ciuili, quod in L. 5 C. de Legibus: Nullum, inquit,  
pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos  
uideri uolumus subsecutum, qui contrabunt, lege contrabe-  
re probibente. Quod ad omnes etiam legum interpretatio-  
nes tam ueteres, quam nouellas trahi generaliter impera-  
mus: ut legislatori, quod fieri non uult, tantum prohibi-  
buſſe sufficiat: ceteraque, quasi expressa, ex legis liceat  
uoluntate colligere: hoc est, ut ea, quae lege fieri prohiben-  
tur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis  
etiam babeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantum,  
nec specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum est:  
Sed et si quid fuerit subsecutum ex eo, uel ob id, quod in-  
terdicente lege factum est, illud quoque cassum atque inutile  
esse praecepimus; 3) decreto ueteri, in quo sic Cele-  
stinus papa can. 2 causa 35 quaest. 6: Quam quis, ait,  
contra probationem ecclesiae duxit, non sit uxor. Nam,  
quod contra interdictum et ordinem Ecclesiae factum est,  
tanquam inordinatum, ratum non baberi tam diuinae,  
quam humanae legis proclamat autoritas; 4) Decreta-  
libus, in quibus Alexander III Pontifex cap. 2 X de  
Clandestina desponsatione: Si, inquit, matrimonia tam oc-  
culte contrabuntur, quod exinde legitima probatio non appa-  
reat: ii, qui ea contrabunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus  
compellendi. Quod tamen Alexander Pontifex in fine  
capituli huius adiicit: Verum, si personae contrabentium  
haec uoluerint publicare, nisi rationabilis causa preepediat,  
ab Ecclesia recipienda sunt et comprobanda, tanquam a prin-  
cipio

cipio in Ecclesiae conspectu contracta ; quum in Concilio Tridentino omisum sit, supplemus hic. Potest vide-  
licet ex huiusmodi concubinatu legitimum matrimo-  
nium fieri , et si benedictio sacerdotalis denuo non ac-  
cedat. Sufficit, auctoritate principis uel confistorii  
uitium purgari ac defectum suppleri. Antequam  
haec confirmatio accedit, si alterutra pars alias nupti-  
as faciat, nec in adulterii, nec in bigamiae crimen inci-  
dit, sed ob concubinatum saltem punietur. Totam  
hanc doctrinam memorabili ICtorum Helmstadiensi-  
um responso, mense febriario anni c10 I0 CC  
XXVII exarato, illustramus : Hat ein Studiosus  
sich durch eine Scharffrichters Tochter verführen las-  
sen, daß er wieder seines Vaters Willen und Ver-  
both in eine Copulation mit derselben gewilliget, auch  
nebst ihr zu einem Catholischen Pater gegangen, und  
von demselbem in Lateinischer Sprache getraut  
worden, nachgehends 4 Wochen bey dieser ihm an-  
getrauten Person in ihrer Eltern Hause gewohnet,  
darauf in den Krieg, und endlich, nach 5 monath-  
lichem Auffenthalt bey seinem Vater, in Ost-Indien  
gegangen, eine andere Person in Indien gehyra-  
thet, endlich auch mit derselben und ihren Schwie-  
ger-Eltern heraus nach Deutschland gezogen. Bey  
seiner Ankunft in Deutschland hat er vor allen Din-  
gen einen Vergleich mit des Scharffrichters Tochter  
zu treffen gesucht, solchen auch endlich nach vieler  
Schwierigkeit und Zeit-Berlust dergestalt, daß die-  
se sich aller Ansprüche an ihm endlich begeben, erhalten.

ten. Als nun wehrenden solchen Tractaten der Schwieger-Vater davon Nachricht bekommen, hat er zwar anfänglich keinen sonderlichen Verdrüß mercken lassen, sondern so gar Vorschub zu dem Vergleiche gethan, fängt gleichwohl nunmehr an, einen Wiederwillen gegen den Schwieger-Sohn zu bezeigen, und nicht undeutlich an den Tag zu legen, daß er eine Scheidung zwischen ihm und seiner Tochter vorhabe. Entsteht demnach die Frage, ob die mit der Scharfrichters Tochter geschehene Trauung ungültig. Wiewohl nun die benedictio sacerdotalis, nach den auch unter den Protestanten eingesührten principiis iuris canonici, vor so kräftig gehalten wird, daß sie fast alle defectus, und sonderlich den Mangel des väterlichen Consenses, suppliret, can. 2 caus. 27 quæst. 2, can. ult. caus. 32 qu. 2, et c. 6 X. de Raptoribus, Glossa in can. 2 caus. 27 quæst. 2 lir. a. Aldieweil aber in gegenwärtigem casu es fast an allen Stücken, welche nicht allein de solemnitate, sondern auch ad essentiam einer Heyrath und zur Gültigkeit einer benedictionis sacerdotalis erfordert werden, mangelt, gestalt 1) kein einiger Zeuge bey der Trauung vorhanden gewesen, da doch die Gegenwart wenigstens zweyer Zeugen bey der Trauung nothwendig, und ohne derselben das matrimonium null und nichtig ist, auch keine Obligation produciret, cap. 2 X. de Clandestina despousatione, van Espen in Iure ecclesiastico uniuerso P. 2 tit. 12 cap. 5 num. 23, BOEHMER in Iure ecclesiastico protestantium lib. 4 tit. 3 §. 54, immassen dergleichen heimliches

heimliches matrimonium auch so gar alsdenn, wenn sich beyde Personen dazu bekennen, doch in praeiudicium alterius matrimonii legitime contracti keinen effect erreichen mag, uti in terminis tradunt Co-  
VARRVVIAS de sponsal. p. 1 c. 4 §. 1 n. 4 CANISIVS  
ad c. 2 de clandest. despōns. n. 2 und STRYKIVS in usu  
moderno tit. de Ritu nuptiarum §. 29, hiernächst 2) die  
Trauung von einem ganz frembdem Pfarrer, der  
noch darzu einer andern Religion zugethan, und  
die beyde Personen zu copuliren nicht berechtiget  
gewesen, geschehen, mithin auch ex hoc capite ungūltig ist, nachdem sowohl von denen Catholiken als  
Protestantēn proprius sacerdos unumbānglich erfo-  
deret wird, GONZALEZ TELLEZ ad c. 3 X. de  
Clandest. despōnsatione §. 8, CARPZOV. Iurisprud.  
Confessor. P. 2 Def. 148 num. 1 seqq. SCHILTERI Instit.  
Iuris can. lib. 2 tit. 11 §. 4, ferner 3) des Studioſi Vater  
nicht allein in diese Ehe nicht consentiret, sondern  
auch aus wichtigen und gennungsam erheblichen Ur-  
sachen seinen dissensum öffentlich declariret, und wie-  
der die Trauung protestiret, weiter 4) das gleich-  
falls in den Gezezen erfoderre öffentliche Ausgebot  
nicht vorher gegangen, nächſtdem 5) die Braut  
dasjenige, was in Lateinischer Sprache gesaget, gar  
nicht, der Bräutigam hingegen wegen des allzu ge-  
schwinden Sprechens nicht recht verstanden, folglich  
noch ungewiſ ist, ob die von dem Vater gebrauchte  
Worte gar eine rechte Copulation gewesen, endlich  
6) gedachter Vater durchgehends dolose und wiffen-

C 3

lich

lich contra leges gehandelt, diesemnach der ganze Handel vor nichtig zu achten ist, arg. L. s C. de Legibus; So ist die zwischen dem Studioso und der Scharfrichters-Tochter geschehene Trauung ungültig.

## XXI

*Promissio de non relinquendo, aliaque huiusmodi uerba ambigua, in concubitu adhibita, siquidem personae eiusdem conditionis sint, pro desponsatione accipiuntur.*

## XXII

*Eadem uero inter personas imparis conditionis magis animum concubinatus, quam matrimonii, ineundi probant.*

**E**quidem BERGERVS in Electis Discept. for. P. 11 Supplementorum pag. 212. Verba, ait, uaga et generalia, se nunquam eam deserturum, er volle sie nicht lassen, sufficiunt ad demonstrandum sponsalitium consensum, siquidem paulo ante, uel iuxta concubitum, fuerint prolata. Nimirum concubitus optimus est uerborum dubiorum interpret: in re dubia interpretatio facienda est contra eum, qui, cum potuerit apertius loqui, obscure locutus est, praesertim pro

pro matrimonio, atque ut uitiatae et spe matrimonii ad concubendum allectae, atque innocenti partui consulatur; duo una semel caro facti sunt, quos satius est honeste iungi, quam dimitti. Temperat tamen deinde in Oeconomia iuris pag. 103 ss. 6 hanc sententiam: quanquam, inquietus, inde non plena probatio efficitur, sed tantummodo suspicio excitatur, ad effectum praestandi pugatorii iuris iurandi. Adde eiusdem *Resolutiones Lauterbachianas* pag. 524. Profecto praesumtio illa de animo matrimonium promittendi, quae ex uerbis istiusmodi dubiis inducitur, admodum infirma est. Animaduertimus enim, eos, qui talia uerba adhibent, non habere propositum contrahendi coniugii, sed, ut Innocentius III in c. 26 X. de Sponsalibus loquitur, copulam tantum extorquendi carnalem. Evidem, dolum ex parte eius, qui tam obscure loquitur, intercedere, non nego. Sed dolus solus consensum non supplet. Sic certe Innocentius III in memorato cap. 26: *Nos, ait, quid turis sit rescribentes, hoc dicimus, quod, si res ita se babuerit, uidelicet, quod illa nec proposuit eam duce-re in uxorem, nec unquam consenserit, inter praedictas perso-nas non deberet ex illo facto coniugium iudicari: quum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec etiam forma contrahendi coniugii ualeat inueniri; quoniam ex altera parte dolus solummodo afficit, et deficit omnino consensus, sine quo cetera nequeunt foedus perficere coniugale.* Nec conscientiae et iuriurando fraudulentem stupratoris decisio caussae facile committenda est. Norunt omnes, quam sint hi, quorum uita, patrimonium, honor

honor, tranquillitas, in discrimen uocantur, ad iu-  
randum proni. Ita enim taciti secum:

*Vt sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.  
Si curant igitur cunctos punire nocentes,  
Quando ad me uenient? sed et exorabile Numen  
Fortasse experiar; solet bis ignoscere, multi  
Committunt eadem diuerso criminis fato:  
Ille crucem sceleris premium tulit, hic diadema.  
Sic animum diræ trepidum formidine culpae  
Confirmat, tunc te sacra ad delubra uocantem  
Praecedit, trahere inò ultro ac uexare paratus.  
Nam, quum magna malae supereft audacia cauſſae,  
Creditur a multis fiducia.*

Vide plura apud IVVENALEM in Satyra XIIII. Nos  
igitur aliud temperamentum ex his legis 22 C. de Nuptiis  
uerbis: inter pares boneſtate personas; sumimus, atque,  
utrum litigatores sibi inuicem aequales sint, an ma-  
xime impares, inspicimus. Inter illas animum con-  
trahendi matrimonii ex uerbis ambiguis concludi-  
mus, in his non. Quum ergo menſe augusto anni  
clio Io CC XXXV famula, ex hero suo grauida,  
herum hunc ad Consistorium traheret, et datam sibi  
coniugalem fidem ex uerbis istiusmodi dubiis argue-  
ret, Consistorium, inspecta dispari personarum con-  
ditione, herum magis concubinarum indiuiduum,  
quam

quam coniugium, promittere uoluisse, credidit, atque adeo eum sine omni iureiurando absolutus: Dass gestalten Sachen nach, und da aus den angegebenen zweyfelhaften Worten in Ansehung des ungleichen Standes keine Vermuthung eines vorgehabten Eheversprechens erwächst, das schlechter Dinges auf die Ehe gerichtete Suchen nicht statt hat.

### XXIII

*Ex diuturna uitae consuetudine, ubi de benedictione sacerdotali non constat, nec alia argumenta adsunt, concubinatus magis, quam coniugium inter personas conditione impares praesumitur.*

### XXIV

*At inter personas conditione pares magis coniugium praesumitur.*

Binas recordor causas, in quibus quaestio; an ex diuturna uitae consuetudine coniugium praesumatur; agitata, et ab iisdem ICTis diuersissime fuit iudicata. Personae ipsae, de quarum legitima conjunctione disputabatur, iam diu, ante saeculum circiter, intermortuae erant. Antiquitas igitur temporis item intricatiorem, ac decisionem eius difficiliorum, reddebat. Accedebat pugna legum. Nam lex

D

24

24 de Ritu nuptiarum praesumitionem matrimonii iu-  
uabat; sed Nouella 74 cap. 5 contradicere videbatur.  
Diremit tandem hanc pugnam commode lex 22 C.  
de Nuptiis; uerbis: *inter pares honestate personas.*  
Inspecta nempe fuit personarum conditio, atque,  
quum in una specie ambae ex nobili prosapia ef-  
fent, pro matrimonio in Specimine CCXCVII de  
Nuptiis medit. 2, in altera, ubi herus illustris et fa-  
mula, ex faece plebis orta, aetatem inuicem exige-  
rant, pluresque liberos generant, pro concubinatu  
in Specimine CCIC medit. i iudicatum est.

## XXV

*Pellicatus a concubinatu differt.*

## XXVI

*Pellicatus iure Romano, et si pro adulterio  
non reputaretur, prohibebatur  
tamen.*

## XXVII

*Concubinae vox in latiore significatione etiam  
pellices complectitur.*

## XXVIII

*Pellicatus inter Christianos uerum adulte-  
rium est.*

Quod

QVod supra in Obseruat. 9 dixi, Christi Paulique contra concubinatum leges ad Leonis X Pontificis M. et Caroli V Augusti tempora usque fuisse neglectas, dubium uidebitur iis, qui Athalarici regis feuerissimum contra concubinas apud CASSIODORVM lib. 9 cap. 18 edictum legunt. Athoc edictum non ad eas, de quibus nos hic agimus, concubinas, sed ad pellices, quae nempe simul cum legitimis uxoriibus habentur, pertinet. Ius scilicet Romanum, et si pellicatum, seu consuetudinem mariti cum femina soluta, pro adulterio non reputaret, L. 3 s. 1 de Concubinis, prohibebat eum tamen, et criminibus adscribebat, L. un. C. de Concubinis, L. ult. C. Communia de manumissionibus, atque adeo a concubinatu, quem permiserat, distinguebat. Verum discrimen hoc tam accurate non obseruatur, sed saepe concubinae uox latius accipitur, ut pellices quoque comprehendat, L. 144 de Verb. significat. De his pellicibus igitur Athalaricus in edicto suo clare agit, eas quidem adulteris opponit, ac ab ultimo supplicio liberat, sed tamen singulari, exemplum uix habenti, poenae subiicit. Audiamus ipsum: *In adulteris totum districissime uolumus custodiiri, quicquid diuali potuit commonitione decerni. Vno tempore duabus nemo copuletur uxoribus, quia se nouerit rerum suarum amissione plectendum. Nam aut libido est, et recte perfrui non finitur: aut cupiditas, et iure nuditate damnatur. Si quis autem superflua turpique cupidine, coniugali honestate despacta, ad concubinae elegerit uenire complexus: si ingenua fuerit, iugo seruitutis cum filiis suis modis omnibus addicatur uxori: ut illi se per honesta iudicia sentias*

D 2


subdi,

*subdi, cui per illicitam libidinem credidit posse praeponi. Quod si ad tale flagitium ancilla peruererit, excepta poena sanguinis, matrimoniali subiaceat ultione: ut illam patiatur iudicem, quam formidare debuisset absentem. At nos, pellicatum uerum adulterium esse, ex Christi lege nouimus, et hoc crimen, ut alia adulteria, punimus.*

## XXIX

*Matrimonium inter personas, lege, etiam humana, coniungi probitas, sine dispensatione initum, quamuis per aliquot annos steterit, non est tamen matrimonium, sed concubinatus.*

**A**gitatur nunc publicis scriptis, atque in ipsis Germaniae comitiis, lis, an matrimonium a viro, pontificiis sacris addicto, cum muliere ex protestantibus in gradu, quem ius canonicum prohibet, ante XV initum, nunc demum dissolui possit. Habet illa plurimas facti quaestiones adnexas, ut ex *Fabri Staats-Cantley Part. 6 cap. 4 pag. 129 seqq. adparat*, atque adeo a me in praesens non decidetur, quamuis magis in sententiam, istud matrimonium dissolui non debere, propendeam. Interim generaliter dico: *Matrimonium inter personas, lege etiam humana coniungi probitas, sine dispensatione initum, quamuis per aliquod annos steterit, non est tamen matrimonium, sed concubinatus.* Confirmat me in hac sententia *cap. 3 §. 1 X. de Clandestina desponsatione.*




VD 18

ULB Halle  
001 951 815

3



TA ->OL



CONCV  
 INDI  
 PRO OBTINE  
 RIVM HO  
 AVGVSTIN  
 PRAE  
 POTENTISSIMO POL  
 CIPPI ELECTORI SAX  
 AC IVSTITIAE, CON  
 DIRECTORE, CVRIA  
 NATVS AD SESSORE  
 IVRIDIC  
 SOI  
 D. XIII. MART.  
 HORIS MATVTINI  
 E CATHE  
 DI  
 CAROLVS  
 ZSCH  
 ADVOCATVS IMMAT  
 DR  
 VITA  
 EX OFFICINA

